The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Baptismus d
cum uariis

Idem salutifere curacionis auxilium circumcisio in lege contra originalis peccati uulnus agebat quo baptismus agere reuelante gracie tempore consueuit excepto quod regni celestis ianuam nec dum intrare poterant, donec adueniens benedictionem daret qui legem dedit ut uideri posset Deus deorum in Syon, tantum in sinu Abrahe post mortem beata requie consolati superne pacis ingressum spe felici expectabant.

Beda omelia IIII. super illud Luce: Postquam consummati sunt dies VIII.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V^1 V^2 L^1 L^2):

quo] uulnus *add.* (*del. intra*) M, quod P V^1 V^2 L^1 L^2; intrare] mirare P V^1; poterant] poterat P V^1 V^2 L^1 L^2; omelia IIII. *om.* P V^1 V^2 L^1 L^2; IIII.] XIII. M; Luce *om.* V^2 L^1 L^2; VIII.] Luce 2. *add.* V^2 L^1 L^2